

PROLOCUS QUATTUOR EUANGELIORUM

PLURES FUISSE QUI EUANGELIA SCRIPSERUNT.
 & lucas euangelista testatur dicens. qm̄ quidem
 multi conatusunt ordinare narrationem rerum
 que in nobis completae sunt sicut crediderunt
 nobis. qui ab initio ipsi uiderunt sermonem & mi-
 nistraverunt ei. & perseverantia usque ad praesens
 tempus monumenta declaravit. quae aduersis aucto-
 ribus edita. diuersarum heresum fuisse principia.
 Ut est illud. iuxta aegyptios. & thomam. & mathiam
 & bartholomeum. duodecim quoque apostolorum
 & basilidis atque apellis. & reliquorum quos enume-
 rare longissimum est. cum hoc tantum in praesentia
 rum necesse sit dicere extitisse quosdam qui sine spū
 & gratia di conatusunt. magis ordinare narrationem.
 quam historiae texere ueritatem. quibus iure potest
 illud propheticum coaptari. uae qui prophetauit
 de corde suo qui ambulauit post spm̄ suum. quid dicunt
 dicit dñs. & dñs non misit eos. de quibus & saluator
 in euangelio iohannis loquitur. omnes qui uenire
 uenerunt fuerunt filii & latrones.